Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Georgius Michael de Grochowce Grochowski Venator Terrae Praemysliensis, Sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet Seum Suc- 1355
cessoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et ple-narie incorporando atque Subijciendo palam, libere publice ac perexpressum recognouit. Qui ipse Magnificos Georgium de Teczyn Ossolinski Capitaneum Lubicouiensem et Stanislaum de eadem Teczyn Ossolinski fratres inter se germanos, Magnifici olim Nicolai de praefata eadem Teczyn Ossolinski Capitanei Krzyzanouiensis filios, de quibusuis Inscriptionibus tam Cessionariis quam obligatoriis, Roboratoriis, Intercisis, Contractibus, et eorum Roborationibus inse Recognoscentem a personis quibusuis deuolutis, tum praetensionibus quibusuis ratione bonorum Villarum Troyca et Furma modo quouis ad diem hodiernam interuenientibus, processibusque quibusuis et rebus obtentis, ob Sufficientem et plenariam Satisfactionem Quietat emittit, dimittit, liberatque et absolutum facit et perpetuo pronuntiat, Inscriptiones easdem tam Cessionarias obligatorias quam et Intercisas et Contractus eorumque Roborationes ac processus quosuis Cassat, mortificat et annihilat Sibi Suisque Successoribus ratione praemissorum perpetuum imponendo Silentium

Krasnicki Zurowskiemu Cedit et Consensum Stabilet. 1355

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus

Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Sta:
nislaus Krasnicki sanus mente et corpore existens a Terris
Districtibus, Iudicibus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et
Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet
secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus tota:
liter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo palam, libe:
re publice ac pro expressum recognovit: Quia ipse suo et
Generosae Euphrosinae de Dembica olim Generosi Joannis
de eadem Dembica Gorski cum Generosa olim Anna de
Roznow procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consortis
legitimae pro cuius ratihabitione cavet, ac se praesentibus in:
scribit nomine de omni et integro Iure praefatae Consorti suae
infrascripto nimirum de summa Trium Millium Trecentorum
Triginta Unius Florenorum et grossorum Viginti Polonicali:
um, de summa Viginti Trium Millium Trecentorum Triginta
Unius Florenorum et grossorum Viginti Polonicalium, bonorum
maternorum nempe post praefatam olim Generosam Annam
de Roznow praefatae sui Recognoscentis Consortis matrem in
bonis Villarum Krzyna Srednia, et sorte certa in Stryzna advenien:
te summae, ex vigore variarum Inscriptionum sese derivante, Gene:
roso vero Stanislao Zurowski Pincernae et Vicepalatino Terrae Prae:
mysliensis infrascripto Cessionario Iuri Advitalitii secuto
in praefatam vero sui Recognoscentis Consortem, post fata
vero eiusdem olim Matris illius inter alios erga sui Recogno:
scentis Consortem Consuccessores, Iure divino et naturali suc:
cessione legitime devoluta, necnon de ipsis bonis summa
eadem suprascripta onerati, tum de contractu certo ratio:
ne eiusdem summae in bonis memoratis originaliter inter olim

Magni:

Magnificum Marianum, Constantinum Krasicki antea Pocillatorem postea vero Castellanum Praemysliensem ab Una et praefatos olim # Consortes Parentes parte ab altera confecti et conscripti, de actu et data eiusdem Contractus hic Praemysliae Feria Sexta post Dominicam Invocavit Quadragesimalem # proxime Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto proxime praeterito nec non de Inscriptione eiusdem Intercisa Castrensi Praemysliensi Roboratoria, suo in tenore latioribus Cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate, competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis Iuris praesentis Cessi Contractus praefati eiusque Roboratoriae Inscriptionis Conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadio ligamentis, ac nexibus generaliter Universis, summae quoque suprascriptae sortem et interesse sui Recognoscentis Consortis spectans, et concernentem summa eadem oneratorum, Utilitatibus fructibus, proventibusque redditibus, commodis emolumentis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis Iuris Dominij, proprietatis, ac Cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente, Suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula sui Recognoscentis Consors tenuit habuit, et possidebat, ipsamque Concernebant, ac eidem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto suprascripto Generoso Stanislao Zurowski Pincernae et Vicepalatino Terrae Praemysliensis eiusque Successoribus (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et Condescendit, prout Cedit et Condescendit praesentibus, omneque et integrum Ius suum sui Recognoscentis Consorti ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Stanislai Zurowski Pincernae et Vicepalatini Terrae Praemysliensis

sui Recognoscentis

Cessionarij sui eiusq́ Successorum, totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporauit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem Ius praesens Cessum, Summam ac bona Summa eadem onerata, praemissaq́ omnia praesentibus per se Recognoscentem transfusa, idem Recognoscens Generosus Stanislaus Krasnicki praefato Generoso Stanislao Zurowski Pincernae et Vicepalatino Terrae Praemisliensis Cessionario suo eiusq́ posteris, iam ex nunc et defacto coram officio praesenti, dat et admittit realem intromissionem, et actualem pacificamq́ possessionem per Ministerialem quemcunq́ Competentem et Nobiles duos die quacunq́ voluerit offerendo acceptandam. Per ipsum Generosum Pincernam et Vicepalatinum Praemisliensem Cessionarium suum et ipsius Successores, hoc idem Ius praesens Cessum Summam ac bona Summa eadem onerata praemissaq́ omnia praesentibus transfusa cum Vniuersis eorum Vtilitatibus, et Vsufructibus Competentiaq́ et praerogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi illisq́ quiete et pacifice Vtifruendi ac ad Suos Suorumq́ Successorum quosuis beneplacitos Vsus fructus libere et effectualiter Conuertendi, praefati Iuris originalis ea omnia latius in se Complectentis praesentisq́ Cessi et transfusi Vigore. Debebit et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac Suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac Summis quibusuis pecuniariis habitis et habendis praefato Cessionario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Successores in dicto Iure Cesso Summa ac bonis Summâ eadem oneratis, praemissisq́ omnibus praesentibus transfusis et ratione eorundem omnium praesentibus abcessionem ab omni et quauis impetitione

iurca

iuridica quarumcunque personarum Cuiuscunque conditionis Status ac Sexus Cuiusuis existentium ex re persona et occasione Sui Recognoscentis, ii Consortis ac Suorum Successorum, Iuris praesentis Cessi tantummodo et non Vltra eximunda in omni Iudicio et Officio Regni Semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, Euincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum portenis reddere, necnon hoc idem Ius praesens Cessum Summam ac bona Summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus, transfusa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus Super eadem praemissa omnia praesentibus Condescensa cuiuis personarum modo quocunque itidem ex re persona et occasione Sui Recognoscentis Consortis Suorumque Successorum tantummodo et non Vltra factis et faciendis, tum etiam quibusuis Cessionibus Super eadem praemissa omnia per praesentes Cessa importatis et importandis, Lucris denique et per lucris, processibusque Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, etiam quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac Super praemissis omnibus praesentibus transfusis, itidem ex re persona et occasione Sui Recognoscentis Consortis, Suorumque Successorum, tantummodo et non Vltra perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera Semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam Coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum Summa eadem praeconsentibus abscessa oneratorum, dum per Ministerialem Competentem et Nobiles duos efficiose requiretur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et Vsum fructum praemissorum omnium praesentibus transfusorum.

quovis modo tam per se quam per suas quasvis submis-
sas et subordinatas personas non praepedire nec adimere
ipsumque Cessionarium suum et ipsius successores in praemissis
omnibus praesentibus condescensis nullo modo iniuriari, ita
ut is idem Cessionarius suus cum suis posteris, hoc idem Ius
praesens Cessum, summam ac bona summa eadem onerata
praemissaque omnia praesentibus Cessa, cum universis eorum
utilitatibus et usufructibus, competentiisque et praerogativa sua
quavis quiete et pacifice praesenti Inscriptioni Cessiona-
riae vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui
possit. Idque sub vadio summae Trium Millium Trecentorum
Triginta unius Florenorum et grossorum Viginti Polonicalium
per eundem Recognoscentem Generosum Stanislaum
Krasnicki sive eius posteros praenominato Generoso Pincer-
nae et Vicepalatino Praemysliensi Cessionario suo sive illius
posteris, ob non completionem praemissorum omnium et
singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus
fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus is idem
Recognoscens Generosus Stanislaus Krasnicki se ac suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibus sum-
misque pecuniariis quibusvis habitis et habendis memorato
Generoso Stanislao Zurowski Pincernae et Vicepalatino Ter-
rae Praemysliensis eiusque posteris, inscribit et obligat praesentibus
praefatam Generosam Euphrosinam Gorska sui Recognoscen-
tis consortem legitimam cum personali sui Recognoscentis
assistentia vel in eventu mortis successores illius ad approban-
dam per ipsam Inscriptionem praesentem Cessionariam, vel
aliam similem sibi pro interesse faciendam Ad Acta quaevis

Authentica.

Authentica Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia
intra decursum Sex Septimanarum adducere et perenna:
liter stabiere, ab eaq Vel eius Successoribus, Vt praemissa debi:
te exequantur efficere Idq sub alio simili et severino Vadio
Florenorum Trium Millium Trecentorum Triginta Trium Flore:
norum et grossorum Viginti Polonicalium per eundem Ge:
nerosum Stanislaum Krasnicki sive eius Successores Supranomi
pto Generoso Stanislao Zurowski Pincerna et Vicepalatino
Terrae Praemysliensis aut illius Successoribus, ob non stabilitio:
nem praefatae Consortis suae stabiendae, Vel in eventu mor:
tis Successorum illius pro tempore et loco superius expres:
sis ad Solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio
Vel Vadiis modo praemisso ad Solvendum succubitis ac pro
re aliqua principali ex praemissis non completa complen:
da Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Sta:
nislaus Krasnicki sive eius Successores, Ad Instantiam prae:
fati Generosi Stanislai Zurowski Pincernae et Vicepalatini
Terrae Praemysliensis Vel illius Successorum ad Officium prae:
sens Castrense Capitaneale, Praemysliense ex tunc recessu su:
prascripto quo ad respondendum spectat mediante semper
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Ju:
parere, respondere, Vadium Vel Vadia praedicta luere, In:
scriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati de:
bebit et tenebitur, Seq ac suos Successores ad eadem omnia iuni:
bit et obligat praesentibus eundem Terminum primum
peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes
Causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vere infirmi:
tate pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra
Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Civi:
tatem Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedi:
mentis

mentis non differendo, ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel duplicatis quaerelis suspensionibus fatalibus Juris præscriptione Terrestri bello communeque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Krasnicki Zurowskiego Quietat et Consortem Statuet.

343

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus
, 53 Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Stanislaus Krasnicki sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successores ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse "nomine" ipsae Generosae Euphrosinae de Dembica olim Generosi Joannis de eadem Dembica Gorski cum Generosa olim Anna de Rognow procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consortis legitimae pro cuius ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine de manibus Generosi Stanislai a Zurolo Zurowski Pincernae et Vicepalatini Terrae Praemisliensis